

*Klausur (Lösung Jenik/Zech)*

De Curione viro Caesari favente et in Africa versante

Concilio belli gerendi dimisso Curio milites in contionem convocavit.

(Eos) admonuit, quanto labore ac studio ab iis ad Corfinium demonstrato fretus Caesar magnam partem Italiae propter benevolentiam ac auctoritatem eorum in potestatem suam redegisset.

“Vos et res a vobis gestas”, inquit, “omnia oppida singula / deinceps secuta sunt, et non sine causa Caesar summa amicitia commotus de vobis iudicat, inimici (adversarii) autem eius summa acerbitate (commoti) iudicant

(neque sine causa Caesar amicissime de vobis iudicat, adversarii eius durissime).

Pompeius enim nullo proelio fugatus/pulsus castra ex Italia movit, quia putavit vestris factis et moribus omnia iam pridem praeiudicata esse.

Caesar et me, quem amicissimum familiaremque sibi esse existimabat/putabat, et provincias Siciliae Africæque, quibus amissis (sine quibus, sine quarum auxilio) neque urbs Roma neque Italia obtineri / teneri possunt, vestrae fidei tradidit /commisit / credidit.

(Hic) sunt, qui vos excitent / hortentur, ut a nobis deficiatis.

Nam quid illis maiori usui esse potest quam uno facto / simul et nos premere (opprimere, urgere) et vos in scelus impium inducere (nefario scelere obstringere) ?

Odio incensi / inflammati quid enim acrius cogitant de vobis, quam ut eos tradatis / prodatis, qui se omnia vobis debere profitentur, quam ut in manus ac vim eorum incidatis, qui cladem suam vobis tribuunt / criminis dant ?